F. K. 68.
4
Ze 5948

DE THERMIS
Mortem
ſive
Terminum Vitæ.
aliqvando afferentibus
μνημοσύνως
qvædam in medium profert

M. Auguſtus Mollerus, Dippoldiſylvanus,
SS. Theol. Cult. tt. Sch. Patr. Rector.

---

†

HEus Viator
Lege, luge & mirare
Thermas interdum fieri vitæ Terminos,
Juxta Vetus illud
Corrumpunt & conſervant.
Exemplis res fit clara (*a*)
Novo rem comprobat Exemplo
In Thermis Wiſenſibus Vitam ſuam *terminans*
Theologus (proh dolor!) *Cordatus*
VIR
Quam plurimum Reverendus, Ampliſſimus Atqve Præ-Clariſſimus
DN. M. JACOBUS STAHLKOPFIUS,
Barthenſteinio-Pruſſus
Archi-Diaconus in Æde Cathedrali ap. Freibergenſ
Vigilantiſſ. meritiſſimus.
Fautor Honoratiſſ. Affinis deſideratiſſimus.
Is enim primùm in Scholâ Patriâ,
Dein Regiomonti & Lipſiæ ſtudiis incubuit
Poſt Eccleſiis, qvæ Chriſto colliguntur Dittmansdorffi,
Reinsberg & Ober-Schönau præfuit;
Tandem in alma & metallifera *Freiberga* olim & mea
Conc. Veſpertin. ad D. Petri, Conc. Merid. &
Archi-Diaconi ad B. Virg. Munus obtinuit,
Qvartam recuſans Vocationem
De ultimâ verba Ipſius fuêre ultima:
Mox octava ſacro Servum aſſignavit Olympo.
Gemino floruit Conjugio
Sedecim *Sedeum*, non ſine multiplici gaudio, *Liberorum Parens*
Qvod vel inde auctum, cum *tres Nepotes* videret,
Qvorum præmiſſa ad Beatorum Cœtum majori parte,
Nim. XII. Filiis, & ex Filia Nepote
Præter tres Filias & duas Neptes
Cum Vidua qvondam Cultiſſima, nunc mœſtiſſima,
Unicum reliqvit Filium, verè & numero & Patris animo Unicum.

The

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-722537-p0001-1

Thermæ olim *ἱερὰ λȣ́τρα* vocabantur
Sacris Baptiſmalibus *NOSTER* Chriſto ſacratus,
Nec Locum emortualem recolere poſſumus
Qvin Natalem in memoriam revocemus,
Vitam enim uti ſuam *terminavit* ex Num. div. Voluntate.
(*b*) In *Thermis Wiſenſium* vulgo Roſen-Aue dictis,
Ita *Barthenſteinii* in Boruſſia qvod olim Roſenthal vocatum
Tum natus, tum ſacris baptiſmalibus initiatus,
Sic Vallibus miſeriarum valedixit,
Ut in Collibus Gloriæ incolumis vivat.
Ubi Vitæ Satur, corrupti Seculi pertæſus,
Nullis morborum corpus infeſtantium doloribus fatigatus
Cœleſtia anhelans, ſemperqve hoc uſus ſuſpirio;
Qvod & Albo meo paucos ante annos inſeruit

Mi JeSu

Tolle à me, & tolera in me
Tolle per patientiam, tolera per miſericordiam!
Devota inter ſuorum Vota & ſuſpiria tanqvam *Jsrael benedicens*
& *Jonathanis* ſui benedictionem
animam cœlo reddidit
d. 4. Auguſti, A. O. R. M. DCC. V.
Ætatis Exemplo veniens in ævum aucta LXI.
Abiit itaqve non obiit,
Qvin non obiit, ſed vivit & lucet
Inter Doctores cœlites ceu ſtella coruſcans,
Agni immaculati ſanguine mundus
ex metu ad metam,
ex ſcopulis ad ſcopum,
ex viâ deviâ ad veram viam pervenit,
Nos inter luctus & fluctus vix Pharum conſpicimus
Ille Halcyonia videt
Dum per Scyllas & Charybdes
Per anguſtam Portam in auguſtum Cœli Portum
bonis navigans ventis,
Et cum JESU Archi Epiſcopo ſuo, animarum noſtrarum Paſtore
inter Roſas & Lilia paſcit.
Is illum paſcuis in amœnis collocans ad aqvas ſalutares ducit,
Qva de re exclamare poſſumus:
Pugnavit ſatis eſt nunc jam *Stahlkopffius* Heros
Qvi pugnans potuit vincere, victor erit.
Et poſt pugnam Victor extitit,
JACOBUS verè *JACOBUS*
& prævaluit in Luctâ,
Vicit enim hoſtes Theologo neceſſarios,
Superavit inimicos Chriſtiano inſidiantes
Certe numevax! *JACOBUS Noſter* ad Fontem *Jacobi* (*d*)
In ſacris notiſſimum deductus
aqvam refectionis, qvam Chriſtus dat accipiens,
Non ſitiet in æternum.

Sal-

Salvator ægrum ad Piſcinam Betheſdeam ſanat
Noſter ſanatus, & in integrum reſtitutus, (c)
ab Angelo qvoqve Piſcinam prius motam legimus,
Amotus *Noſter* non remotus, ſed ab Ang. in ſinum Abrahæ
Deportatus.
Aſariel Angelus Tobiæ Jun. in Via Comes
Fideli à Judæis adjumento illum meruit honorem
ut Aqvis præficerent,
Qvâ fide, litem hanc noſtram non facimus,
Qvod idem eſt, ac *DEuS Adjutorium meum.*
Nominis tamen vis ſolatium ſuperſtitibus præbet certisſimum
Futura ex præteritis ſi colligant
Juvabit, ut huc usqve fecit, Viduam, Liberos, Generum &c.
Ut Angelis paraſtatis vitæ curſum expediant felicisſimè.

Cicero Eloqventiæ Princeps in Epp. ſuis ſemper hâc formula Uſus.
Cura ut Valeas, Valetudinem tuam cura.
Curam non tantum habuit B. Def. corporis ſui & animi,
Sed & animæ ſui ipſius & animarum ſuarum
Qvæ ſemper maximæ curæ illi fuêre,
Ut valerent animis & animabus Auditores.
Nulla enim alia de cauſa hanc curam-medicam hoc anno
Et ante biennium in Thermis Carolinis inſtituit,
Cum verò *Terminus vitæ in Thermis* adeſſet
Elapsâ Clepſydrâ naturali & cœleſti,
Dolendum ſaltem eſt, Eventum propoſito non reſpondiſſe
Supplicandum potius ſit Salvatori Animarum ut in ipſo
Facta jactura felicisſimo Medici ſurrogandi aucupio reſarciatur,
Gaudendum tamen interim qvod cum Imp.
FRIDERICO Barbaroſſa in hæc Verba prorumpere poſſet.
Benedictus DEUS, qvi me per aqvam regeneravit,
Si per aqvam de mundo vocat, qveri non poſſum.
Fiat Voluntas Domini,
Si in THERMIS
Sit TERMINUS.

† † †
† †

Nota

VD18 Ze 5948 7A X3047302

Nota.

(a) Exempla vel in *Thermis* ipſis, vel in Itinere ex illis vel poſt Uſum earum, B. Defunctorum magnam nubem collegit in publico dudum laborioſiſſimus DN. *Miſander* Fautor ac Comp. Noſter honoratiſſ. in *Theatro* Tragico P. I. p. m. 164. & Cornu Copiæ P. III. p. m. 461. ſeqq.

(b) Barthenſtein in Boruſſia olim Roſenthal voc. affirmat D. Vechner. in Brev. Germ p. m. 267.

(c) Wieſa / das Hochadel. Schönbergiſche Ritter-Guth zwiſchen S. Annæberg und Wolckenſtein gel. wo itzo das ber. Wieſenbad iſt/ und von vielen Frembden beſuchet wird / iſt ſonſt die Roſen-Aue genennet worden/ ref. Dn. J. C. Knauthio Polyhiſtore & Hiſt. Sax. in Prod. Miſn. illuſtr. p. 22. Allda iſt der werthe Gottes-Mann/ Tit. Herr M. Jac. Stahlkopff/ Archi-Diac. Freib. im HErrn ſel. entſchlaffen d. 4. Aug. und den 6. Ejusd. darauff/ auf hohe Verordnung Ihr. Excell. des Herrn Geh. Raths/ Herrn Ad. Frid. von Schönberg/ ꝛc. als itzigen Beſitzers / des ſel. Verſt. von langen Jahren her (jam ab ann. Acad. cujus Ephorus olim fuit B. Def.) groſſen Patroni, Beförderers und hohen Wohlthäters/ ꝛc. auch daher recht merckwürdig/ daß der Sel. zu Roſenthal in Preuſſen gebohren 1643. und in der Roſen-Aue in Meiſſen begraben. Von welchen Ort und Bade der berühmte Medicus, auch Land- und Stadt-Phyſicus in Chemnitz/ Herr Lic. C. F. Garmann, *Hydriatriam VVieſenſem*. d. i. Eine Beſchreibung des Wieſen- oder St. Jobs-Bades / welches bey St. Annåberg untern Ritter-Guth Wieſa gel. erſt von D. Joh. Gœbelio lat. nachmahls von D. Mart. Panſa verteutſcht und vermehret/ ausgefertiget. Nun aber verbeſſert / und mit Anmerckungen/ wie auch einen Vorbericht vom Urſprunge der Brunen und andern mineraliſchen Waſſern vermehret/ gedruckt und verlegt von ſel. Dav. Nicolai, zu St. Annåberg in 12. plag. 13.

(d) De Fonte Jacobi ex Joh. IV, 5. 6 7. Diſſ. hab. Dn. M. Abr. Gottlöber Lipſ. 1 94.

(e) De Piſcina Betheſdea Joſ. V, 2 ſub. Præſ. Celeb. Jo. Friſchmuthii PP. Jen. M. Mich. Arnold 1658.

(f) Judei illum Angelum vocant, qvem aqvis præfecerunt, notante Acolutho in Prætat d. Aquis Amaris.

(g) De *Thermis* varii varia, nos ob chartæ anguſtiam qvosdam allegaſſe ſufficiat, imprimis ea qvæ vir B. *Chriſtianus Lehmannus* Paſt. Scheibenberg meritiſſ. νῦν ἐν ἁγίοις, Parens Summè Rev. Antiſtitis ac Ephor. Freib. Excell. Dn. D. *Chriſt. Lehmanni*, Patroni Colendiſs. cujus Vita & Vires diu perennent! in hiſtoriſchen Merckwürdigkeiten des Ertzgebürgiſchen Creyßes/ ꝛc. ubi Parte V. cap. 8. & 9. von Geſund-Brunnen und warmen Bådern / ſanè lectu & notatu dignisſima profert.

Bohuslaus Balbini Soc. Jeſ, in *Miſcellan. Hiſtor. Regni Bohem.* Edit. Prag. 1681. ſq. ubi *Thermas* Teplicenſes, Carolinas, Deſnenſes, Acidulas Egrenſes, Teplenſes aliosqve fontes ſalutares enumerat & commendat. Excerpta legi posſunt in Actis Erudit. Lipſ. Aô. 1682. p. m. 2. 4. 3. Nil-minus *Aqvisgranenſes*, *Bohemicas*, *Budenſes*, *Carniolanas*, *Hungaricas*, *Neopolitanas*, *Viliacenſes* recenſent ſupra laud. Acta. it. *Hydrophylacium Novum* ſ. Diſc. de Aqvis ſalubribus mineral. J. J. J. Vicarii PP. Freiburg. Ulmæ 1699 in 8. Helmſtadii Jo. G. Steigerthal Med. D. & PP. *de aqvarum Mineral. Præſtantia* Prog. qvod publicis Lect. de *Thermis* & acidulis præmiſit, 1703 it. Celeb. Medic. Jen. D. Wedelii Diſſ. de *Thermis* 1695. hab. *Fontes ſoterios & Thermas*, qvibus variæ Regiones ac populi gaudent magno numero commemorat, Jo. Georg. *Layriz* ad æd. aul. Conc. & in Gymn. Baruth. PP. in Panegyrica Oratione de Ejusm. Fontibus. Ex profeſſo de *Thermis Carolinis* commentati ſunt Excell. Dn. D. J C. Strauß/ Medicus qvondam & Phyſicus Ordinar. Freib. hodie Archiater Saxo-Martisburgenſis Celeb. Patronus ætatem devenerandus. It. D. Fab. & M. Math. Summeri, it. D. Jo. Steph. Strobelbergers. D. Bayer aliiqve; noviſſimè omnium Heinr. *Plumtre* des Königl. Collegii zu Cambridge in Engel. Mittgliedes Unterſuchung des Carls-Bades/ nach Anleitung Herrn Friedrich Hoffmanns/ Königl. Preußiſ. Raths und Leib-Medici auch hochber. Prof. P. in Halle / wegen ſeiner ſonderbahren Curioſité ins Teutſche überſetzt/ 1705. in 8.

De *Uſu & Abuſu Thermarum* Ego ipſe non ita pridem in Teplicenſibus qvosdam Med. Doctores & Literatos eruditè ac copioſè diſſerentes audivi:

Thermas eſſe ultimum Medicorum refugium.

Et contra vim Mortis non eſt Medicamen in hortis, neqve auxilium in *Thermis*, Qvâ de re non laudem meretur, qvæ his ipſis inſcribitur:

Es gehn durchs Bad vielmehr zu Grund/
Als daß ſie würden gar geſund.
it. Des Keyſer Carols-Warmes-Bad
Iſt eines Nutz / des andern Schad.

Qvod etiam meam confirmet ſententiam:

Thermas interdum fieri vitæ Terminos.

Magis ad palatum fuit illud, qvod in Tab. inſcriptum legi in Thermis Teplicenſium

Den Leib heil dieſes Bad/ die Seele Chriſti Blut/
So wird der Leib geſund/ die Seel hat himmliſch Guth.

✝

MC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-722537-p0004-7

F. K. 68.
4
Z e
5948

DE THERMIS
Mortem
ſive
Terminum Vitæ.
aliqvando afferentibus
μνημοσύνως
qvædam in medium profert
M. Auguſtus Mollerus, Dippoldiſylvanus,
Cult. tt. Sch. Patr. Rector.

†

HEus Viator
Lege, luge & mirare
terdum fieri vitæ Terminos,
Juxta Vetus illud
rrumpunt & conſervant.
xemplis res fit clara (*a*)
o rem comprobat Exemplo
s Wiſenſibus Vitam ſuam *terminans*
logus (proh dolor!) *Cordatus*
VIR
erendus, Amplisſimus Atqve Præ-Clarisſimus
BUS STAHLKOPFIUS,
thenſteinio-Pruſſus
n Æde Cathedrali ap. Freibergenſ
Vigilantisſ. meritisſimus.
noratisſ. Affinis deſideratisſimus.
im primùm in Scholâ Patriâ,
omonti & Lipſiæ ſtudiis incubuit
væ Chriſto colliguntur Dittmansdorffi,
erg & Ober-Schönau præfuit;
ma & metallifera *Freiberga* olim & mea
pertin. ad D. Petri, Conc. Merid. &
aconi ad B. Virg. Munus obtinuit,
artam recuſans Vocationem
mâ verba Ipſius fuêre ultima:
a ſacro Servum aſſignavit Olympo.
Gemino floruit Conjugio
ne multiplici gaudio, *Liberorum Parens*
e auctum, cum *tres Nepotes* videret,
ſa ad Beatorum Cœtum majori parte,
II. Filiis, & ex Filia Nepote
r tres Filias & duas Neptes
ondam Cultisſima, nunc mœſtisſima,
um, verè & numero & Patris animo Unicum:

The

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Farbkarte #13 B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-722537-p0005-3